



24

Gent. 2. num. 12. 6. 1. 18

DIFFERENTIAE
IVRIS NATVRAE ET GENTIVM
IN
LIBERTATE NAVIGATIONIS
COMMERCIORVM CAVSSA
INSTITVTAE
VIRO
PRAENOBILISSIMO ET CLARISSIMO
IOANNI IVLIO
SVRLAND

A D

S V M M O S I N V T R O Q V E I V R E
HONORES CAPESSENDOS
SE PARANTI)
D E D I C A T A E

A

W ALTHERO BECKHOFF. L. V. D.

LIPSIAE

EXCVDEBAT IOH. GOTTLÖB IMMAN. BREITKOPF.

C I O D C C X X X X V I I



ЗАКОНОДАТЕЛЬСТВО
СИБИРИ И УСТЬЯ ОНДУЛЫ
СОСТАВЛЕНО ВЪ
САНКТ-ПЕТЕРБУРГѢ
СОВѢСТВОМЪ ПОЧЕСТНЫХЪ
СОВѢСТВОВЪ
ОЛИВЬЕРІАНО
СИБІРІА

PRAENOBILISSIMO
E T
CLARISSIMO CANDIDATO
AMICO SVAVISSIMO
S. P. D.
WALTHERVS BECKHOFFIVS D.

Quod tandem ista illuxerit
dies, qua amicitiae nostrae
quid debo, publice testifi-
candi occasio mihi datur, non medio-
criter gaudeo. Vinculum amicitiae,
quod inter nos subsistere oportet, diu
iam est arctissimum, perfectissimisque
verae amicitiae legibus ita iunctum,
ut nullo umquam modo solui queat.
Oportunus iam mihi esset hic in lau-

*des tuas excurrendi locus, sed id egre-
gliae ingenii tui dotes et ipsa amici-
tia nostra non simunt. Dum vero
haec scribo, Optimi Parentis TVI,
Syndici Patriae quondam meritissimi
recordor, cuius erga me, dum vixit,
animum plane singularem venera-
bunda colo memoria; quanta semper
Viri suauitas, quanta erga omnes,
quos videbat, humanitas, qualis de-
nique erga patriam fuit amor, et
quale pro salute ipsius studium, ut
non sibi, sed patriae vixisse recte de-
eo possit praedicari. Sed ego is non
sum, qui dignas Tanto Viro laudes
mente concipere, calamoque describe-*

re

re valeam; loquantur Principum, ad
quos a ciuitate nostra legatus missus
est, aulae, curia Hamburgensis, ipsique,
qui Eum norunt, Viri de Rep. nostra
optime meriti. Ast cur vulnus, cui
cicatrix iam obducitur, refricare
studeo? ita sane cogitandum, idque
timendum esset, nisi Te melioribus
longe principiis ex intima scilicet
philosophia petitis imbutum crederem,
ac quidem illos, quibus nulla res, pree-
ter temporis longinquitatem, minue-
re ac mollire potest dolorem. His ita-
que rationibus ductus, plura hac de-
re scribere piget, ne constantiae ani-
mi Tui atque prudentiae diffidere vi-

dear. Ceterum *TIBI* honores in utro-
que Iure summos ex animo gratulor,
addito voto, vt omnia quoque prospe-
re *TIBI* in posterum cedant. Me
denique *TIBI* commendatum habeas,
mibique *Tua amicitia nihil prius ni-*
bilque antiquius esse vt credas, ea,
qua par est, obseruantia abs TE peto.
Vale. Dabam Hamburgi ipsis Kal.
Decembr. A.P.C.N. CI DCCXXXXVIII.





DIFFERENTIAE
IURIS NATVRAE ET GENTIVM
IN LIBERTATE NAVIGATIONIS
COMMERCIORVM CAVSSA
INSTITVTAE.

§. I.



cientiae artesque omnes ad summum fere *Brenis recentio* nistro aevo perfectionis fastigium perue- *sio ortus art-* nerunt, quae, licet ab exiguis profectae *que progres-* initii, ita excultae sunt, vt ambitu earum *sus nauiga-* tionis.

latissime iam patente, eas absolutas paene crederes. Hinc igitur mirum non est, ipsam nauigationem, artem generi humano vtilissimam fane, talia esse expertam, quae a tot saeculorum lapsu inuentionibus nouisque iis superadditis acceſ-

VIII Differentiae Iuris Naturae et Gentium

accessionibus ita perfecta est, ut nostra aetate tuto se suaque quilibet oceano committere non dubitet inuenta in primis pyxide nautica. Iam primum omnium satis constat ratium ac scapharum usum antiquissimum fuisse omnibusque forsan nationibus communem, quippe quarum inventio simplex et ad traiiciendum flumina satis idonea est, sicuti ex usu quotidiano disci potest. Interim tamen si cui arti fas est, consecrare origines suas et ad Deum referre auctorem; ea artis naues fabricandi gloria est, ut primae istius nauis, cui Arcae nomen, auctor ipse Deus fuerit, praescripto nimirum Nohae modo illam aedificandi ^a. Prolixum satis et ab eo, quem nobis proposuimus, scopo valde alienum foret, recensere hic quo tempore, qua occasione, quibusque a nationibus huic arti noua adlata sint incrementa; qua propter obiter saltim quaedam adduxisse contenti sumus, ne materiam ex aliqua parte cum proposito nostro connexam neglexisse plane videamur. Dispiciendum itaque nobis est, utrum Iudei, Phoenices, Graeci, Romani, Germanique olim artem naues fabricandi regendique nouerint, et quomodo se in illa exercuerint. Iudei, nescio imperitia, an horrore vndarum id factum, tempore liberae Reipublicae illam plane neglexerunt; quam neque sub regibus excoluerunt. Tandem Salomo classem Ophyram ^b versus

com-

a) Valde olim C E L S U M inter atque ORIGENEM de mensura arcae est disputatum. Monstrosam arcae figuram et horrendam eiusdem magnitudinem sibi singit C E L S U S; ORIGENES eum refutare studet Lib. IV. Mirifice tamen ibidem extensa est ab eo figura nauis Nohae, quem vero errorem agnouit in Homil. 2 in Genes. ibique aliter sentit, vlnas

scilicet, de quibus loquitur Moses, singulas Sex Geometricas continere adferens; plura de hac materia vides in der allgemeinen Weltgeschichte Tom. I. pag. 210.

b) De situ huius terrae maximus est inter eruditos dissensus; quidam illam in Africa, alii in Asia, alii in America, quod ridiculum, sitam fuisse adserunt; dantur denique

commercii caussa mittere studens, prima apud eos huius artis iecit fundamenta. Fabros nauales et nautas atque gubernatores idoneos ipsum non habuisse satis superque testatur factum Tyriorum regis Hirami ^c, qui Salomoni foedere erat iunctus. Hic intellecta eius voluntate, tot fabros nauales, nautas, gubernatoresque ad eum ablegavit peritissimos, ut non solum classis exstrui, sed et secure fieri posset ista expeditio. Antecellebant enim ea aetate inter Phoenices paeprimis Tyrii insulani, ceteris gentibus disciplina nauali. Hi sicuti litterarum, ita et nauigationis primi inuentores perhibentur; erat enim populus astutus, quaestusque auditus, ultimum hinc spernens vitae periculum. Hanc artem apud Phoenices diu floruisse certum est. Nauicularia vtrum in sequentibus temporibus a Iudeis magis sit polita nec ne, nec affirmare, nec refellere in animo est. Graeci iam initio rumpublicarum suarum disciplinam naualem excolebant; suadebant id praeter situm ipsius Graeciae et bella naualia, quae gerebant; principem inter ea tenet locum quod Troianis inferebant, classe mille nauium in Asiam trajecta. Athenienses Themistocles naualis rei fecit peritissimos, quod vniuersae Graeciae maximam aliquando attulit utilitatem in bello Persico ^d. Iam ab origine Reip. suae Romani studiis artibusque liberalibus operam dede-
runt,

que qui remotissimum quandam locum O P H Y R significare adstrinxunt, quod absurdum. Verisimilior autem de situ huius terrae opinio est, quod scilicet in Asia quaerenda sit atque trans Gangem fluuium sita fuerit, quam etiam fouent conjecturam AVCTORES der allgemeinen Weltistorie Tom. III. pag. 414. seq. not. M.

c) Confer hic die allgemeine Welt-
hist. Tom. II. pag. 243. seqq. ubi
et mentio Commercii litterarum
S A L O M O N E M inter et H I R A-
M V M iniicitur, immo ipsas eorum
epistolas insertas habes.

d) T H V C Y D I D. Lib. I. pag.
m. et 63. edit. secund. Henrici Ste-
phani.

X *Differentiae Iuris Naturae et Gentium*

runt, quae successu temporis cum Rep. creuerunt ita, vt
praeclara in quois scientiarum genere ab eis breui tempore
fint edita. Neque rei nauticae rudes fuerunt Romani e va-
riis bellis admodum vexati, interque ea eminenti primo
Punico bello. Disciplinae naualis interim peritiores facti,
nauigatio eorum deinceps magis magisque florere coepit
euerfa Carthaginensium vrbe. Germanos antiquissimis
temporibus omnium licet artium rudes, nullam plane na-
viculariae cognitionem habuisse haud certum esse vide-
tur ^f: hanc vero disciplinam mutatis insequenti tempore
moribus eorum in dies noua incrementa cepisse, melio-
raque a Romanis, qui eos perpetuis ferme bellis prose-
quebantur, eductos tandem fuisse, negare quis potest?
Ceterum aliarum gentium de re nautica bene meritarum
adhuc mentionem facere potuissimus, si id instituti ratio
postulare videretur; cum autem historiam huius discipli-
nae scribere non est animus, recensione ista nimis ampla
scilicet supersedendum esse putamus; lectoris e contrario
gratiam nobis conciliare duximus, si quaedam rei nauti-
cae fata, quae nouioris aevi sunt, in medium prolaturi
essent. Floruit Imperium Romanum, dum vni parebat
domino, sed eo in Oriente atque Occidentale infelici-
ter diuiso, omnia, in primis in Occidentali, ad ruinam in-
clinare videbantur. Germanis inde maxima sane spes orta
est,

e) Nullum de peritia eorum in
re nautica est dubium, tot histori-
orum testimonialis probanda; adeat
qui plura de ea scire cupit **LIVI-**
V M, **TACITVM** et alios histo-
riac Romanac scriptores.

f) Suiones praepter viros armaque
classibus valuisse testis est **TACIT.**
de Morib. Germ. c. 44. licet nauti-

cam non adeo apud ceteros exultam
fuisse hoc tempore, veri simile sit.
Vid. **IDEM Annal. Lib. XI. c. 18.**
add. CLVVER. Germ. Antig. Lib.
I. c. 18. p. 166. Ceterum serae et
artes et vitia in Germaniam immi-
grarunt, quae candidos, nisi alia
laus ipsi tribuenda sit, aluit cives,
quibus cupiditatem ludendi atque
perden-

est, diu iam sibi infestam Romanorum potestatem oppri-
mendi pristinamque libertatem recuperandi. Hinc Occi-
dentalis imperium variis Gothorum, Vandalorumque et
Longobardorum invasionibus ita eneruatum disceptum-
que fuit, ut, cum antea aliis imperare fuerit adiutum,
nunc barbaris parere didicerit. Turbatur omnis nauigatio,
nec commercia amplius subsistunt, quae neque
Carolus M. pristino flori restituere valuit. Multum cete-
roquin postea suscepit, propter dulcem istum religionis
amorem, expeditiones, quo colore pellicere simul ac co-
gere studebat tunc curia Romana populos eorumque re-
ctores, ut hierarchiam suam eo latius stabiliret, officie-
bant nauigationi atque negotiacioni. Omnia interim com-
mercia omnemque in Graeciam nauigationem Genuenses
primo dein et Veneti ad se traxerant, insulis quibusdam
in Archipelago sitis, suae ditioni adieceris. Sic floruit Ve-
netorum vrbs, quamdiu commercia opes augebant, bel-
laque cum potentissimis regnis hinc gerere valebant.
Cum vero auctis mirifice et fortunis et potestate eorum,
sicuti haud raro accidere solet, superbire coepissent, ita
fibi infensos reddebat ceteros principes, et omnes Ita-
liae status, ut incredibili ipsis prosequerentur odio, et
noctu diuque interitum ipsorum meditarentur. Nec ef-
fectu caruit institutum. Rex enim Portugalliae Ema-
nuel

B 2

perdendi temeritatem maximo vi-
tio verit T A C I T. cap. 24. de M. G.
Quam quasi communem hereditatem
non dicam posteris suis, sed et
omnibus aliis gentibus reliquerunt.
At haec mutatis moribus nunc non
solum inter seria exercentur, sed a
lusu abstinentem huius faculi ho-
mines artis viuendi rudem adpellant,

nec maius propemodum est vitium
bona si omnia infusa iactu perdas,
quam si te latus imperitum esse di-
cas. Verum haec obiter tantum.

g) ILL. MASCOV. Geschichte
der Deutschen 10 B. §. 38. ILL.
COMES DE BVNAV Deutsch.
Kaiser- und Reichs-Historie 1 Th.
2 B. p. 579. a) et p. 587.

nuel rem diu ab antecessoribus regibus agitatam perfecit, inuenta nimirum alia in Indiam Orientalem via, maximo commercii Venetorum detrimento^b. Quae studio Christophori Columbi incrementa negotiationi et nauigationi adlata, tam nota sunt, vt recensionem eorum facillime hic possim negligereⁱ. His itaque factum est, vt per totum terrarum orbem nauigatio non solum, verum etiam mercatura florere inciperent; quibus magnum profecto commodum attulit inuentio pyxidis nauticae, qua freti nunc in medium Oceanum tuto penetrare possunt nauigantes, quibus olim, littoribus e conspectu relictis, aut de vita dubitandum erat, aut naufragium certum immeinebat. Eadem fere aetate Antuerpium, celebre iam antea, propter mercaturam, emporium, nouum sibi ex commercio in Indias splendorem conciliat; opibus hinc maximis immensisque diuitiis abundat; infelici autem pro religione regis Philippi Zelo maximam tandem fecit iacturam, splendoris puta antiqui, turbato nimirum commercio et in alias vrbes emigrante. Hinc Amstelodami florentissimae nunc vrbis origines, hinc fortunae Hamburgi insignia incrementa, aduenientibus in hanc vrbum haud paucis Belgis, qui patriam suam, religionis causa, relinquere fuerant coacti.

§. II.

^{b)} Samml. aller Reise-Beschreib.
i Th. 1 Buch 4. Cap. THVAN.
Hist. L. I. p. m. 5. et 31.

ⁱ⁾ Neque hodie quidquam prae-
termittunt principes, quod nauiga-
tionem aut commodiorem, aut per-
fectiorem reddere videtur. Sic
Angli FRETVM HVDSONIS
longarum narium patiens facere stu-
dent adhuc, vt eo citius in Ori-
entalem Indianam penetrare valeant.

^{a)} Dixi sublato plane statu natu-

rali cum tamen is adhuc inter gen-
tes subsistat, et inter priuatos in eo
casu, quando de moderamine incul-
patae tutelae est quaesito: sunt ve-
ro hi casus singulares, qui regu-
lam nostram magis firmant quam
destruunt; in statu enim naturali
non datur imperans, non dantur
subditi; omnesque tamquam aequa-
les simili iure gaudent, naturali
scilicet, quac vero in statu, in
quo homines hodie viuunt, aliter

se

§. II.

Genere humano multiplicato, statum quendam introduci necessarium visum fuit, vt eo facilius finis, ab ipsa natura hominibus propositus, eorumque animis infusus, obtineretur. In societates primo diuisae fuerunt gentes, quas familias adpellamus: probant id exempla Adami, et, qui eum sequuti sunt, patriarcharum. Cum vero gentes in societatibus diuersis postea viuere adsueuerint, sublato plane statu naturali^a, consequitur, vt pro diuerso populorum statu diuersæ fuerint etiam cuiusdam nationis rationes. Hinc sui ipsius conseruatio atque flos suæ Reip. sive status, cuilibet cordi esse debuit. Difficile vero id in statu populari se adsequuturos crediderunt quidam populi, omnem igitur potestatem in vnum contulerunt, cui obsequium promiserunt; alii limitatam et adductam illi dederunt potestatem; aliis aliud regimen status sui placuit; omnes vero in id consenserunt,
S A L V S scilicet **R E I P.** **S V P R E M A L E X E S T O**^b. Hinc non solum bonis legibus statui suo consuluerere, verum etiam commercia cum exteris nationibus, salutem ipsius promotura esse recte statuerunt. Id, quod nostra aetate extra omnem dubitationis aleam positum est, cum nauigatio ita exulta sit, vt per totum Oceanum ad quamli-

se habent. Ex his constat, statum naturalem esse, in quo homines actiones suas liberas ad legem naturalem determinant; sive **status naturalis** est, qui determinatur per iura mere naturalia eaque singulorum, et **obligationes mere naturales**, quam definitionem dedit **I. L. E. de WOLFF** Tom. I. Iur. Nat. §. 124.

^b) Imis reposuerunt sensibus hanc regulam Romani, quorum in historia tot amoris erga patriam illu-

B 3 bet
stria exempla habemus; non solum enim fortunis suis patriæ inferuiebant teste **L I V.** Lib. XXIII. cap. 49. sed et ipsa vita, quod praeclaro facinore demonstrasse dicitur **M. C V R T I V S** teste **E O D.** Lib. VII. cap. 6. **C I C E R O** nihil patria carius esse debere **Lib. I. 17. de Off.** et ipsi parentum amori eam esse praeponendam docnit **Lib. III. 23. eod.** ita et **H O R A T.** **Od. II. v. 13.** cecinit: **dulce et decorum est pro patria mori.**

Gentes sublato statu naturali elegerunt pro libitu alieno fine ubique manente.

XIII Differentiae Iuris Naturae et Gentium

bet Orbis terrarum partem nauigare valeamus. Videamus igitur missis aliis, quae sint Iuris Naturae et Gentium leges in nauigatione propter commercia suscepta et quomodo sine iniuria finis, id est salus Reip. obtineatur tam in nauigatione libera, quam in nauigatione tempore belli instituta, cum a neutrīs stet partibus nauigans.

§. III.

Mare secundum Ius Naturae non est in dominio, Quēmadmodum dominia rerum Iuri Naturae haud repugnant^a, ita eo minus illi contrarium esse videtur, vt rebus, quae neque in dominio sunt, neque sua natura in eo esse possunt, aequali iure vtantur homines^b. Sunt autem eiusmodi res Oceanus, maria quoad maximam partem, atque aēr. Cum igitur haec ita comparata sint, vt pluribus seruire queant, etiam consequens est, vt nauigatio in maribus et Oceano libera esse debeat omnibus, qui se vndis credere non dubitant. Veritatem huius Iuris Naturae dogmatis probe iam suo tempore adgnouerunt ICti Romani, hinc MARCIANVS, naturali, inquit, iure omnium communia sunt illa aēr, aqua profluens et mare^c; cum quo consentit Imperator IVSTINIANVS^d qui haec omnium communia adpellauit; sic et VLPIANVS: *mare omnibus patere dixit*^e, similibusque rationibus adductus cecinit OVIDIVS

*Quid prohibetis aquas? v̄sus communis aquarum est,
Nec solem proprium natura, nec aēra fecit,
Nec tenues vndas, ad publica munera veni f.*

Ex

a) Quod demonstratum dedit *Ill. L. B. de WOLFF Tom. II. Iur. Nat. §. 141.* *Tom. I. Lib. IV. cap. 5. §. 2. 7. et 9. edit. BARBEYRACII et BARBEYRAC. §. 8 nor. 6.*

b) Confer quae hac de re mouit *PVFFENDORFF. I. N. et G.* *c) Lib. 2. ff. de RER. VIS. Ad ciues Romanos solum hanc*

Ex quibus satis clarum esse videtur, quid de libertate nauigandi in mariis statuerint Romani, et quo usque Iuris Naturae principia sint sequuti. Interim tamen negandum non est hanc propositionem, *mare secundum Ius Naturae in nullius dominio esse potest*, iuribus gentium adcurate inspectis admodum multis innexam esse scrupulis, et maximam restrictionem ferre; testantur haec varia, de libertate et dominio maris, tot eruditissimum virorum scripta, GROTII scilicet SELDENI, PUFENDORFFII, et BYNKERSHOECKII, ut alios taceam.

§. IV.

Cum itaque summi Imperantis sit officium, salutem reip. omni modo promouere, (§. II.) cui non solum legibus, sed etiam commerciis cum aliis gentibus optime consulit, eiusdem etiam relictum esse debet arbitrio vigilare, ne commercia cum exteris magis damno, quam utilitati sint ciuibus; legibus hinc recte definit *quibuscum commercia exercere ciues oporteat, cum quibus non oporteat*, ut iam statuit ARISTOTELIS^a. Sunt autem res, quae saluti reip. officiunt vel directe vel indirecte tales. Directe tales nomino merces aut alias res, quae in commercio sunt, corruptas, vitiosas, vel a loco peste infecto aduectas, quas recte Princeps, aut qui ad gubernacula sedent, suis finibus arcent. Indirecte vero reip. nocent omnes res, quae ad luxuriam aut alia vitia subditos inuitant, earum igitur advectio merito interdicitur. Hanc ob caussam vinum ad se

Summus Im-
perans legen-
commerciis
recte scribit.

haec non pertinere clarum est,
quidquid dicant alii, loquutio enim
tam vniuersalis est, vt talem restri-
ctionem subintelligere, alium ICto
fensem adstringere esset. Conf. GROT
de Iur. B. ac P. L. II. c. 3. no. 9.

d) §. 1. Inst. de Rer. Divis. et
Adq. ips. Dom.

e) L. 13. pr. Comm. Praedior.

f) Metamorph. L. VI. v. 349.

g) Lib. VII. Polit. C. 6.

XVI *Differentiae Iuris Naturae et Gentium*

portari et alia commercia cum exteris colere noluisse N E R-
V I O S , C A E S A R I Q V E querenti de natura moribusque
eorum, responsum legimus ^b: nullum aditum esse ad se
mercatoribus, nihil pati vini, reliquarumque rerum ad
luxuriam pertinentium, inferri: (addita eleganti ratione)
quod his rebus relangescere animos, eorumque remitti
virtutem existimarent ^c. Angli etiamnum lanam et stan-
num infectum regnis suis exportari, fimbriasque denticula-
tas importari non sinunt, ne subditi certo ex fabricatione
harum rerum lucro priuentur; sic nauibus alienis quasdam
merces imponi apud eos nefas est. Ex eodem fundamen-
to aliae gentes prohibuerunt, ne aurum argentumque et
pecunia e regionibus suis exportetur, cautumque est sub
grauissima poena, ne naues plus auri argenteique signati aut
non facti exportent, quam ipsis ad iter faciendum necessa-
rium esse videtur: quas leges in Portugallia atque Hispania
exactissime obseruari notum est. Ex quibus constat prin-
cipi ius esse libertatem commerciorum restringendi salute
reip. id exigente. Neque praeterea dubium est, quin ipsi
etiam liceat commercia, cum quibusdam gentibus adhuc
culta, plane abrumpere, si id reip. profecturum ipsi visum
fuerit. G R O T I V S quidem dissentit ^d his verbis: *Nam*
quo minus gens quaeque, cum quavis gente seposita, com-
mercium colat, impediendi nemini ius est; id enim permitti
interest

^b) *De B. G. Lib. II. c. 15.*

c) Germani apud se natis conten-
ti mercaturam facere noluerunt;
militiae econtrario eos ac venationi-
bus omnem impendisse operam con-
stat ex C A E S A R . B. G. Lib. IV.
cap. i. Fuisse autem mercatoribus
ad eos aditum magis, vt res bello
captas illis vendere potuerint, quam
vt alias ab eis emerent merces,

scimus ex Lib. eod. c. 2. Accolae
Rheni ex hoc fundamento aurum
argentumque in pretio habuerunt,
quae vero interiores Germaniae
tructis inhabitantibus, quippe qui a
Romanis remotiores erant, ignota fu-
isse videntur. C L V V E R . Germ.
Antiq. Lib. I. cap. 18. Et hinc est,
quod in Thuringiac, Saxoniae, Po-
meraniae et his finitimiis regionibus
raro

interest societatis humanae; re vero paulo adcuratius inspecta consequitur, vt, sicuti libera esse debent commercia, nemo etiam cogendus sit, ad merces ab exteris admittendum, quae ipsi haud necessariae videntur, id namque esset cum damno suo alterum locupletiorem reddere. Ceterum qui hanc vel illam gentem finibus suis arcet, non tollit omne commercium, neque inde contra leges societatis egisse arguendus est.

§. V.

Hactenus a nobis actum est de iis, quae princeps iure, Nemo, exclusis ceteris, v- ex supremo dominio oriente, circa commercia et nauigationem in territorio suo statuere potest; discutienda iam est fum maris sibi secundum Gentium vindicare potest. quaestio: vtrum aliis gentibus non subditis interdicere possit, ne ad alios aequae liberos populos nauigent, ac cum illis commercia exerceant. Negatur id Iure Gentium, nam, licet transcant per mare, quo ditiones alienae adluntur, non inde consequi videtur, vt ipsi etiam supremo earum regionum domino ius sit prohibendi ne hinc vel illic nauigent; non enim ipsius sunt subditi, portus aut regiones suae dominationis non intrant, hanc ob causam et ipsi et subditis damno esse nequeunt, mare autem est res innoxiae utilitatis, consequens igitur est, vt illis usus maris non nisi iniuste, id est, contra Ius Gentium denegetur.

raro antiqua Romanorum pecunia inueniatur, priorum imprimis Caesarum aut Consulum signata temporibus. Apud Suionas, id est Suedos, tamen opes in honore fuisse **TACITVS** cap. 44. de M. G. testatur, testantur et nummi antiquissimi huius populi, qui passim in cimelii reperiuntur, conf. **K E D E R V S** in singulari libello: *de aureo*

Othino. Quae bodie in commercio sunt, quaeque exportari nequeunt merces, vid. apud **M A R Q V A R D V M** de *Iur. Mercat.* Lib. I. c 17. **d)** Lib. II. c. 2. not. 13. 5. Refutavit eum **G R O N O V I S** in nota 77. edit. **B A R B E Y R A C.** simulque ostendit exemplis, ex ipso auctore desumptis, nimis hoc laxe nimisque liberaliter esse pronunciatum.

C

XVIII Differentiae Iuris Naturae et Gentium

getur. At quo denegari possit modo per mare transitus, nisi perpetuis istius classibus ^a id peruergetur, quem insatiabilis cepit ambitio dominum se maris praebendi; id, quod ob immensos sumtos tunc necessario impendendos maximum sane damnum ipsi esset adlaturum. **P V F F E N-**
D O R F F I V S ^b igitur omnes marius accolas dominos esse maris suas regiones adluentis, recte presumendum esse adserit his verbis: *hodie post rem naualem ad summum perdulam fastigium praesumi, quemuis populum maritimum, et cui ullus nauigandi usus, esse dominum maris, littoribus suis praetensi, quousque illud munimenti rationem habere censetur:* hoc vero dominium in eo se exferere, quod naues externas a littorum adpulsu arceant, minime vero liberam nauigationem turbent, recte paucis interiectis statuit et hoc modo pergit: *in primis autem portuum, aut ubi alias comoda in terram exscensio fieri potest.* Haec cum ita sint, minus adhuc dubii restat de libertate nauigandi, balaeinas capiendi, piscandique in vasto Oceano, quippe qui ita comparatus est, ut in dominio esse nequeat; cum vero ad res, quae dominio nullius cedere possunt, vnicuique aequale ius sit (§. III.), consequitur, ut nemini liceat vsum earum rerum alteri interdicere, aut illum cogere ne, metu maiorum virium, suo iure in posterum vtatur; talis enim coactio Iura Gentium laederet, hincque esset iniquissima ^c.

§. VI.

a) Hoc modo maris dominium, uti olim Romani, qui quatuor classibus mare mediterraneum occuparunt, optime contendere posse principem adstruit BYNKERSHOECK in *Diss. de Dom. Maris et BAR-BEYRAC. l. c. §. 8. not. 6.*

b) *I. N. et G. Lib. IV. c. 5. §. 8.*
Quam et sententiam admittit SFL, DEN. Tr. de Dom. Maris Lib. I.

cap. 20. nec alia hac in re fuit opinio BALDI Icti, quam suam fecit BODINVS de Rep. a PVF-FENDORFFIO citatus, qui contendit sexaginta milliaribus a littore principem legem ad littus accedentibus dicere posse, quod pro re nata extendi posse scimus ex LOCENIO de Iur. Marit. Lib. I. cap. 4. §. 5.

§. VI.

Licet Iure Gentium nullae quidem dentur leges vi co-
actua munitae, quia inter aequales nullus est superior:
verumtamen pacta, transactiones, conuentiones, quippe
quae inter gentes celebrari solent, obligationem mutuam
supponunt, propter quam populus, qui contra ista pacta
conuenta agit, alteri iustum ad promissi implementum sese
cogendi praebuisse causam est putandus. Quo autem modo
haec coactio sit perficienda, id merito et viribus et arbitrio
partis laesae est relinquendum. Insignis est transactio C A-
ROL V. IMPERATOREM inter et C H R I S T I A-
N V M III. D A N I A E R E G E M Spirae inita de libero adpul-
su ad portus regnorum vtriusque principis, praeprimis
autem Belgii, deque libera negotiatione Batauorum in ter-
ris ditioni Danicae subiectis ^a. Eiusdem naturae sunt pa-
cta V L R I C I F R I S I A E O R I E N T A L I S C O M I T I S
cum H A M B U R G E N S I B V S celebrata, vi quorum liber-
tatem negotiandi in terris suis illis confirmauit ^b. Eodem
modo libertatem securitatemque commerciorum mutuo
foedere inuicem celebrato promiserunt sibi G V S T A V V S
S V E C I A E R E X et ANNA C O M I T I S S A F R I S I A E ^c.
Sic C I V I T A T E S H A N S E A T I C A E libertatem in mari
Baltico nauigandi commerciaque exercendi sibi et foederi-

C 2 bus

^{c)} Ista Alexandri M. rerum ge-
storum gloria est, vt terras occupa-
verit, nationes sibi subiecerit, ad
quas debellandas nullum ius siue do-
minii, siue occupationis, siue ex
alio quocumque titulo ipsi esset, sed
vt, quo plura haberet, acrius, quae
non habuit, eupereret. Quod ipsi
Scytharum legati exprobrarunt teste
C V R T. L. VII. c. 8.

^{a)} Spirae d. 23. Maii An. 1544.
L E I B N I T. Cod. Iur. Gent. Dipl.
P. II. p. 233.

^{b)} Contract zwischen Graf Ulrich
und der Stadt Hamburg wegen
Emden und Lehort de An. 1453. ap-
B R E N N E I S E N in der Ostfries-
schen Historie 1 Th. 3 B. p. 72.

^{c)} Conf. Königs Gustavi in Schwei-
den Commercien, Tractat mit der
Gräfin

XX *Differentiae Iuris Naturae et Gentium*

bus et bellis olim asseruerunt; testantur id varia bella hanc ob caussam gesta, praeprimis quod illis erat cum WOLDEMARO DANIAE REGE: quo tandem finito iura antiqua illaesa ipsis futura promisit Daniae rex. Caussam huius belli fuisse, *quod non sineret innoxios in regno mercatores sine nouis impositionibus agere*, scribit CRANZIVS^d. De priuilegiis ciuitatum harum in Hispania, Gallia, Anglia, Dania et Suecia agit MARQVARDO^e vbi et ipsa priuilegia typis expressa habes. Neque hodie, rebus Hanseaticis admodum mutatis, aliquid praetermisserunt IMPERATORES, quod iura antiqua trium istarum liberarum Imperii Ciuitatum LVBECAE nimirum, BREMÆ et HAMBVRGI, quae quasi ex communi naufragio adhuc supersunt, stabilire atque seruare potest, sicuti in capitulationibus promiserunt: Auch, wie die Handlung - Treibende Städte überhaupt, also insonderheit die vor andern zum gemeinen Besten zur See trasiquirende Städte Lübeck, Bremen und Hamburg bey ihrer Schiffarth und Handlung, Rechten und Freyheiten dem Instrumento Pacis gemäß erhalten und kräftig schützen f. Plura addere superfluum esset, cum ex his iam satis constet pacta, iura antiqua et quae sunt alia eiusdem naturae inter gentes esse seruanda.

§. VII.

*Nauigationem bellum
quorundam
populorum
vollere p'ane
nequit.*

Perspectis hactenus et iuribus et modis nauigationem commercii caussa suscepitam in ipso flore conseruandi legibusque

Gräfin ANN A 1557. Quem infertum habes in Brenneifens Ostfriesischer Historie Tom. I. l. 5. p. 214.

*d) In VANDALIA Lib. VIII.
cap. 37. ad annum 1365.*

gibusque pacisque illi propiciandi pacis tempore; reliquum iam est, ut quaedam de libertate transeundi per mare in bello, inter amicos nauigantis quod geritur, in medium proferamus. Non eadem libertate tunc gaudet nauigans ac quidem in pace, licet a neutrīs s̄tēt partibus; id enim malum ipsum bellum secum ferre videtur. Iure quidem Naturae mercium qualiumcunque transportatio ad amicos tertio praeiudicio esse non videtur; ast Gentium Iure multum interest quales ad hostem merces transvehantur. Ex hac etiam ratione publicis scriptis indicere solent gentes, quae se inuicem bello prosecuntur, quales amici ad hostem merces transportare libere posfint, quales non. De securitate et libertate commerciorum in bello ex instituto egit M A R Q V A R D V S ^a adductis simul exemplis liberae in bello mercaturaē. Distinguuntur autem, vtrum nauis et merces sint hostium, an merces hostium nauī amicāe sint creditae. Primo enim casū nauis et merces, secundo vero merces fiunt capientis. Sunt etiam quaedam merces aut res, quas ad hostes portare abscisse non licet; hae Contrebande vocantur. Ut igitur res, quarum transuetio belli tempore non licita est, vnicuique amicorum innotescerent, principes bella gerentes singularum mentionem facere in publicis significationibus non negligunt: sic R E X G A L L I A E in tractatu commerciorum cum C I V I T A T I B V S H A N S E A T I C I S inito sub Contrebando sequentia comprehendit: *Sous le terme de marchandises de contrebande sont*

C 3 enten-

c) DE IVR. MERCAT. Lit. B. C. D. E. F. G. etc.

f) CAPIT. NOVISS. Art. VII. §. 2.

a) De IVR. MERCAT. Lib. I. cap. 16.

XXII *Differentiae Iuris Naturae et Gentium*

entendues les Munitions de guerre et Armes à feu comme Canons, Mousquets, Mortiers, Bombes, Petards, Grenades, Saucisses, Cercles poissés, Affûts, Fourchettes, Bandouillieres, Poudre, Meche, Salpêtre, Bales et toutes autres sortes d'Armes, comme Piques, Epées, Morions, Casques, Cuiraces, Hallebardes, Iavelots et autres Armes, de quelque espece que ce soit, ensemble les Chevaux, Selles de cheval, Fourreaux de Pistolets, et généralement tous les autres assortimens servans à l'usage de la guerre^b. Supra quidem diximus, naues amicas inimicorum merces libere ad regiones hostiles transportare posse, verum tamen requiritur, vt exercitor tabulis fide dignis sit instructus, tunc si accideret, vt in itinere capiatur, merces quidem, minime vero nauis sua, capienti cedunt. Id REX etiam GALLIAE CIVITATIBVS HANSEATICIS in citato tractatu non negauit. Quod autem aliter se habet, si exercitor tabulas suas abiecerit, tunc enim nauis et merces capientis fiunt. Haec in citato tractatu ita disposita sunt: Si les Capitaines ou Maîtres des dits Navires avoient jetté leurs papiers à la Mer, le Navire et tout le chargement sera confisqué. Les Navires des Villes Anfératiques avec leur chargement seront de bonne prise, lors qu'il ne s'ytrouvera, ni chartes parties, ni Connoissemment, ni Factures^c. Pari immunitate secundum dispositionem citati tractatus gaudent peregrinantes

b) Vid. *Commerce - und See - Trachten Majestät Lud. XV.* Könige Etat geschlossen zwischen Sr. König von Frankreich u. und den Erb - Hansee-

nantes in naui Hanseatica inuenti militibus tamen exceptis: *S'il se trouve dans un Navire des Villes Anfératiques des Passagers d'une Nation ennemie de la France, ils ne pourront en être enlevés à moins, qu'ils ne fissent gens de guerre actuellement au service des Ennemis, au quel cas ils seront faits prisonniers de guerre* ^{d.}.

§. VIII.

Ex his itaque constat I. liberam omnem esse secundum Ius Naturae nauigationem, Iure Gentium non item ^{Conclusio tractatio- nis.} (§. 2. 3. 4.)

II. Iura Gentium minime laedere illum, qui hanc vel illam gentem portibus atque regionibus suis arcet, licet Iure Naturae adpulsus liber sit (§. 4.)

III. Ius Gentium per mare transitum permittere omnibus, quod mare res innoxiae utilitatis est. (§. 5.)

IV. Pacta, transactiones, conuentiones, inter gentes factas, obligare secundum Ius Gentium tamquam restrictiones aut declaraciones legum naturalium. (§. 6.)

V. Bella a neutris partibus stantium nauigationem non turbare, sed ipsos bella gerentes, quas merces ad hostem vehere licet, publicis scriptis aut significationibus Iure Gentium declarare obligatos esse. (§. 7.)

Est

Bansee: Städten im Jahr 1716.
§. 14.

c) §. 17. 18.
d) §. 29.

XXIII Diff. I. N. et G. in Libert. Nauig. Commerc. Causs. Instit.

Est haec restrictio Iuris Naturae, quae inter gentes obtinet. Sed hic vela contrahenda nobis sunt, lectoremque, plura qui de Libertate Nauigationis, Commerciorum causa institutae, scire cupit Iuris Naturae et Gentium praeccepta, ad incomparabilia duumuirorum G R O T I I
et P V F F E N D O R F F I I opera remittimus.



F I N I S.



MC

KK 689

X 2344 866



Farbkarte #13

B.I.G.

Gent. 2. num. 12. Oct. 20
ERENTIAE
VRAE ET GENTIVM
IN
NAVIGATIONIS
IORVM CAVSSA
TITVTAE
VIRO
SIMO ET CLARISSIMO
NI I V L I O
R L A N D
AD
V T R O Q V E I V R E
C A P E S S E N D O S
P A R A N T I
I C A T A E
A
B E C K H O F F . I . V . D .

I P S I A E
OTTLOB IMMAN. BREITKOPF.
CC XXXXVII

KONFRIED
UNIVERS.
ZV HALLE